

er inz ie barter verbot. so si in ie mere lobeten. Unde taten uns daz ze ainem pilde. wande oob wir mit dem sichen sin gemerchet. Den sibtuom den er bet an dem libe. bet wir an dem gemute. wir beten in uon muotwillen. beten in niht uon de hainen noten. Wir waren ertort unt erstummet so daz wir uon got niht gutes geboren nob gesprechen chunden. den sibtum hat er uns benomen. der gnaden si er gelobet unt geeret. unt swa wir nob haben de hainen gepresten den weruen daz er an uns geruche ze uerwanteln. daz wir nu hinneuoer in snem —. Difficiliora sunt: Chut pro Quad dixit a Qhuedan, Cwethan, Queden; Sumelicher aliquorum a Sum, Sumer, angl. Some; Sælde beatitudo a Sald, Sæla, Selig, lat. Salus; Weruen pro Werben petere intercedere; Gearnde quasi Gearnde meritum ab Arnen mereri; Dehein obpositum τω Kein aliquis, ullus. Indignandum fane crudae forfici, quae reliqua nobis invidit.

DCCCLXVII.

U. 677 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 307. 4. eleganter, sed priori Parte luculentius exaratus, coloribus, et initiis deauratis, picturatisque decorus, olim Job. Fabri Ep. Vien. iterum Breuiarium est. Praeit Calendarium, in quo miniati Valentinus Conf. Inuentio S. Stephani et Cholomannus Mart. unde Dioecesin Pataviens. arguo, licet Officia ipsa horum

Festorum nihil peculiare subpeditent. Proprium de Festis tantum a Dom. Pentecostes ad 6. Febr. seu ad Officium de S. Dorothea pertingit. Altera igitur Pars deperiit.

DCCCLXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 666 XIV. Folior. 125. 4. luculente, et majori sua parte minio scriptus, quondamque domus collegij ducalis Uienne hunc Titulum praefert: Incipit ordo siue breuiarium de ecclesiasticis obseruacionibus quid legendum et quid cantandum sit per circulum anni secundum Pataviensem Ecclesiam. Addi poterat: quid agendum; non enim de folis Horis canonicis, et Altaris Sacrificio, sed de omnibus Cerimoniis sacris hic res est, ut adeo Codicem Directorium potius liturgicum inscribas. Directorium ajo; nam multis locis Rituum origo ex Historia eccl. declaratur, et eorum mystica exponitur significatio, et Precationum adhibendarum fere tantum initia scribuntur. Ita in: In aduentu domini ad uesperas. an. Benedictus. ps. Benedictus. Cum reliquis. Cap. Deus pacis. Resp. Ecce dies ve. Vers. In diebus illis. Ymnus Veni redemptor gen. &c. Et mox infra: Ab aduentu domini usque ad natiuitatem eius Te deum laudamus. et Gloria in excelsis. et Ite missa est dimittimus quia maior est gloria noui testamenti quam veteris Cusus typum infra aduentum domini seruamus &c. Sed

lubet plura perstringere, et primum durum illud fol. 15. p. 2. *Merito passio sanctorum Innocentium minus festiue* (omittendo videlicet festa illorum luce *Gloria in Excelsis*, nisi in Dominicam inciderit) quam aliorum sanctorum celebratur quia licet martirio coronati fuerint non dum tamen ad gloriam sed ad infernalem penam descenderunt. Nam ante descensum christi ad inferos nullus sanctus ad istam gloriam peruenit ad quam christus antiquos sanctos perduxit. et deinceps suos sequaces perducere non desinit. Sed quia ipsi in resurrectione dominica cum reliquis sanctis liberari et glorificari meruerunt. conuenientissime et ipsi iuxta solitum ordinem gloriam in officijs cum reliquis sanctis obtinebunt. si natiuitas eorum usque ad diem resurrectionis id est dominicam peruenerit. Fol. 54. p. 2. in Parasceve legitur: in medio uero monasterio aptetur et ornetur locus tapetis et purpuris ad representationem crucifixi &c. quo loco Monasterium pro ecclesia cathedrali (Münster) capiendum est, ut ex antiquo usu docent Glossaria; memorantur enim nobis fol. 55. Canonici, et fol. 57. p. 2. Decanus, neque ullum Passauii Virorum regularium Monasterium fuit. Ne vero quis dicat, intelligi posse D. Nicolai Collegium Canonico-regularium extra Moenia, fol. 66. p. 2. Rubrica Feriae III. Rogationum iubet: *Et fiat processio ad sanctum Nycolaum*. Cum uentum fuerit ad sanctum Paulum &c. quae

parochialis Ecclesia utique inter cathedralem et D. Nicolaum interiacet. Directorium itaque nostrum ipsiusmet cathedralis Ecclesiae est, multoque vetustius, quam praesens ejus *Απογραφή*. Ita fol. 57. Rubrica Sabbati sancti: *Illud autem de paruulis cauendum est, ut postquam baptizati fuerint, nullum cibum accipiant, nec laetentur, nisi summa necessitate cogente antequam communicent sacramento corporis christi, omnibusque diebus in ebdomada pasce ad ecclesiam ueniant et communicent*. Singularis est, qui mox sequitur Ritus Mulierum in Nocte sacra uisitantium Sepulchrum, item *Johannis et Petri*. Quando Populus Clero cantanti respondebat, hac phrasi utitur Noster: *Populus habeat suas uociferationes*. Meminit etiam frequentius *Rotarum* praeferrandarum cum vexillis et crucibus, quae erant Circuli dependentibus nollis, vel tintinnabulis agitabiles, ut etiamnum in quibusdam templis uisuntur. Atque, ut concludam: fol. 112. de Festo OO. SS. ita commentatur: *Celebratum fuisse olim Kal. Maji. Sed quia in illo mense non est tanta copia uictualium illa solempnia propter caritatem ciborum non poterant bene quandoque celebrationi vacare, ideo Gregorius minor qui septimus fuit eorum qui eodem nomine uocati fuerunt, haec duo festa transtulit, scilicet apostolorum et martirum. Et ea in kalendis nouembris, quando maior est copia rerum que necesse sunt uictui humano fieri instituit,*

2109

LITURGICI.

2110

tuit, et non solum apostolorum et martirum sed etiam sancte trinitatis et omnium angelorum &c. No-

Qui me finiuit Vlricus

Hoc briuiarium est domini (nomen eraſum, lego tamen) *Gottardi Veri plebani in S. Veito. Et est finitus ab incarnatione domini Millesimo Tricentesimo Sexagesimo quarto Per manus Vlrici quondam Notarij Johannis Ciuis uoue Ciuitatis.*

DCCCLXIX.

U. 371 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 474. 4. priore parte luculento, parte altera minore, sed utroque nitido caractere perſcriptus, et rubricis illustratus *Breviarium* est, quod officium Chori per anni decurſum hoc ordine complectitur. *Calendarium*, quod e Sanctorum nominibus ad *Germaniam*, et e miniata ad diem 3. *Aug. Inuencione S. Stephani protomartiris*, ſequentique *Translatione S. Ualentini* ad Dioeceſin *Patauienſem* referas, *Pſalmodiam de Tempore*, *Litanias OO. SS. Indigetibus Germaniae* refertas, *Hymnarium* multa exoleta continens, *Vigilias Mortuorum* maiores et minores, *Proprium Feſtorum Domini et Sanctorum* a *Pentecoste* uſque ad *Aduentum*, unde patet *Codicem* hunc non niſi *dimidium eſſe* totius *Breviarii*, demum *Lectionarium Biblicum*, et *Officium de SS. commune*. Atque ex hac ferie liquet, quantum hodie-

ta *Gregorium* *quintus* *minorem*.
Ad calcem:

paucula ſciuit.

na *Officii ſacri diſpoſitione* moleſtae *dicendorum conquiſitioni* paratur.

DCCCLXX.

Codex membranaceus lat. Sec. R. 9 XIV. Folior. 119. f. caractere atro, craſſo luculente perſcriptus duabus columnis, minioque diſtinctus *Liturgicus* eſt, pertinens olim ad *Eccleſiam cath. Strigonienſem* in *Hungaria*. Init a *Calendario* *miniatorum Feſtorum* perquam ferace, et multorum ſacrorum *Hominum* ejus *Eccleſiae* diebus emortalibus a diuerſa manu uſque ad *Sec. XVI.* notato, additis etiam quorundam piis *Legatis*. Hos inter 1. *Febr.* obitus *Dionysii de Zecz, Card. Archiep.* 1465. 20. ejusd. *Demetrii SS. quatuor Coronator. Card. Archiep.* 1387. 30. *Maji Johannis Archiep.* 1418. 1. *Jul. Nicolai de Themewar Cantoris, Praep. de Caſtro Strigon. et Auditoris Cauffar. Concilii Baſil.* 1457. 8. *Aug. Johannis Archiep.* 1472. 11. *Sept. Lodovici Regis* 1382. 1. *Dec. Thomae Archiep.* 1375. Atque ultimum iſtud eadem manu, qua *Codex* ipſe, ſcriptum eſt, unde totus ad illum annum *revocandus*. Ceteri *Praepoſiti, Canonici, Praebendarii* ſunt. *Calendarium* excipit *Benedictio Salis et Aquae, Capitulare*

X 3

3